



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scopvs Biblicvs Veteris Et Novi Testamenti

Novicampianus, Albertus

Antverpiae, 1566

Paraenesis ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30443

Parænesis ad LECTOREM.

*Ostēdit hic
modum vi-
uendi.*

Apoc. 7.

AD finem igitur cui destina-
tus est homo, vnusquisque
velis & equis, quod aiunt,
contendat: tū illa, quæ hinc
fini consequēdo conferunt, obuijs ma-
nibus, vt dicitur, cōplectatur. Contra
quæ obstaculo sunt, cane peius & an-
gue vitet, etiā si plurimi habeatur. Hac
enim vna ratione foelicitatem veram
quam nemo non expetit, summumque
bonum esse ducit, cōsequetur. Quod si
in hac lachrymarum valle, nihil præsen-
te vita charius ducimus, quæ tamen vix
vita dicenda est, vtpote tot ærūnis, tor-
casibus obnoxia, quomodo non multo
magis veræ æternæq; vitæ amor vni-
quenque capere debet? vitæ, in quâ, cor-
poris & animi nunquā finiendæ, quod
enim corpus attinet, nō fami, non siti,
non æstui, non frigori, non indigentie,
non lassitudini, non dolori, non morti
amplius obnoxium erit, sed immortale,
agilitate, subtilitate & claritate
summa decoratū. Anima verò nullo vi-
tio, nulla tristitia, nullis perturbacioni-
b⁹ sollicitabitur, sed summo bono, qui

Deus

A D
Deus est
quantum
lingua di
cipere po
preciosu
næ dispē
ginē dei
ctu) De
esuriens,
manā c
Neq; so
ter hom
in se sus
sa esset i
tūm se c
cium m
ac mort
Qui pa
heri, &
omnibu
nem po
té. Et t
gento, s
si agni
minati
terem t
mentif
huius
uis iac
criface
nō con

Deus est, perpetuò fruatur, quæ fruitio quantum voluptatis habeat, nō solum *1. Cor. 2o* lingua dicere, sed ne mens quidem concipere poterit. Quid autem est æquè preciosum, cuius lucrum animæ humanæ dispēdio cōmutari possit? quæ imaginē dei refert, cuius gratia (mirabile dictu) Deus factus homo, dormituriens, *Philip. 2o* esuriens, sitiens, pauper, reliquisq; humanæ conditionis iniurijs obnoxius. Neq; solum, ut homo versatus est inter homines, verū etiam serui speciem in se suscepit, & serui nocentis, quū ipsa esset innocētia. Atqui nō ad hoc tantum se demisit, sed etiam vsq; ad supplicium mortis, ceu facinorosus descēdit, ac mortis longè probrosissimæ crucis. Qui pauculo ære liberantur, à seruitute heri, & ex seruis fiunt libertini, modis omnibus aduigilant, ne ob ingratiudinem possint in relictā retrahi seruitutē. Et tu, nō corruptibilibus auro & argento, sed preciosissimo sanguine, *1. Pet. 2o* quasi agni immaculati Christi & incontaminati redemptus, committes ut in veterem tyrannidem diaboli recidas? Dementissimo dementiorem putas, qui huius vitæ corporalis miseræ ac breuis iactura, mundum vniuersum lucrifacere veller. *Matth. 16o* Quod enim fortuna, si nō conceditur vti? Quorsum opes, cūm perie

perit ipse possessor? Cur non vel ipsa
 amentia amentiozem te existimas? cum
 tanti affectus suos, vel opes habes, ut
 horum gratia, vitæ æternæ facias dis-
 pendium, sortē habiturus in stagno ar-
 denti igne & sulphure, quod est mortis
 secunda, quemadmodū in Apocalypsi
 scribitur, hoc enim pacto frustra carce-
 ra habebis. Ethnicorum lucem Euan-
 gelicam ignorantium plurimi fuere, qui
 virtutem sibi pulcherrimā mercedē
 putātes, sola conscientia rectē cōtenti,
 fidem pecunia, pudicitia vita potiore
 habuerunt, qui honestatē voluptatibus
 anteposuerunt, neq; honores neq; reli-
 qua fortunæ cōmoda desiderabant. Tu
 cui patefacta sunt iudicia Dei qui ad
 meliorem spē vocatus es, a vitijs non re-
 filies? præsertim cū scias momenta-
 neis his voluptatibus, præter infelicē
 illum conscientiaē mentis cruciatū, æ-
 ternos quoq; emi cruciatus? Pij con-
 tra pro temporaria ac leui vexati uncū-
 la, centuplum gaudium puræ conscien-
 tiaē euēire, ac in augustissimis sanctis-
 simisque cœlestibus mansionibus dari,
 quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit,
 nec mēs hominis concipere potest. *Bar*
 (vt propheta ait) *cognoscit possessorē suū,*
 & *asius præsepe Domini sui.* Tu cur Do-
 minū tuū nō agnoscis? Absit, inquis, ut
 non

*Apoc. 21.**Isai. 1.*

nō agnoscam. Ira sanè, verbis quidem,
 at factis negas, quòd & Paulus expro- *Tit. 10.*
 brat quibuldā: *Cōfitentur, inquit, se nosse*
Deū, factis autē negāt. Canes, delphines, *263. 31.*
 leones, dracones retulisse aliquādo gra- *Solinus ca.*
 tiam leguntur: Te verò ingratitude *25.*
 apud creatorem suum non pudebit? cui *Gellius l. 5*
 debes quod es conditus, cui debes quie- *Pli. li. 10.*
 quid habes, quorum quidē nullam par-
 tem, non dicam referenda, verūm ne co-
 gitāda quidem gratia cōsequi poteris.
 Quid ergo his contēptis ventrē Deum
 dices, & culinam religionem? At hoc
 est in vano animā accipere, non autem
 in finē cui destinatus est homo, homi- *Psal. 23.*
 nemq; nomine, non re esse. Ea certè ra-
 tione pręstiterat non nouisse Euangeli-
 cā doctrinā, quam post cognitā & acce- *2. Pet. 2.*
 ptam desciscere à sancto pręcepto. Le-
 uis enim peccatū redditur ignorātia: *Luc. 12.*
 grauius damnabuntur, qui crimen im-
 pietatis ingratitude vicio cumula-
 rūt. Accidit tibi q; prouerbio iactatur:
Canis reuersus ad sui ipsius vomitum, &
sus lota ad volutabrū cęni. Post facinorū
 tuorū te poenitebit, atq; vtinā nō serò,
 vbi videlicet venerit dies magn⁹ irę, qñ
 impij mōribus dicēt: *Cadite super nos, et* *Apoc. 6.*
abscondite nos à facie sedētis super thronū,
 quando vocem illā męroris & amari-
 tudinis plenam edent: *Lassati sumus in*
via

Sapient.

via iniquitatis & perditionis, et ambulavimus vias difficiles. Viam autem Domini ignoravimus. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transferunt illa omnia tanquam umbra & tanquam navis, quae pertranfit fluctuantem aquam, cuius cum praeterierit, non est vestigium inuenire, neque; semitam carinae illius in fluctibus. Sic & nos nati continuo desijimus esse, & virtutis nullum signum ostendere valuimus, in malignitate nostra consumpti sumus. Talia inferiorum poenis addictos, scriptura sancta dicturos ait, quibus unusquisque; utinam exterreretur, flagitiorumque defensorum occasionem temporat riperet, atque; ita si non virtutis amore, quod maxime conveniebat, formidine poenae, quod improbis est peculiare, a malis quam occisimè declinet. Illud cogitat quam arumnosa, quam fugax sit vita praesens, quam vndique; imminens infidiosa mors, quam passim opprimit inopinantes, et cum nemo vel de momento vitae sit securus, quam ingens periculum eam coperendinare vitam, in qua si illum mors subitanea (ut saepe accidit)prehenderit, in aeternum perisse putandus est. Quantum igitur unusquisque; animo conniti, quantum viribus contendere poterit, sanctitati studeat, Christum Iesum

Iesum vt conatus prouehat precando, eum animoque suo sæpius reputando, quam foeda, quàm execranda, quã exitialis res sit peccatum. Contrã quanta dignitas hominis, à quanto opifice conditus sit, in quam excellenti statu constitutus, quam immenso precio redemptus, ad quantam foelicitatem vocatus, hominem esse illud animal generosum, cuius vnus gratia mirabile hanc mundi machinam fabricatus est Deus. Ciuem angelorum, filium Dei, hæredem immortalitatis, membrũ Christi, templum Spiritus sancti, simulachrũ & adytum diuinitatis, peccatum esse lethale virus spurcissimi serpentis, aut ornamentum diaboli, & seruitutis non turpissimæ modo, verum etiã miserrimæ. Christi iugũ suauẽ & onus leue, quod qui portauerit, requiẽ æternã inueniet.

Cuius vt nos participes faciat Deus trinus & vnus, communibus votis precemur.

DE

SCOPI BIBLICI

FINIS.